

# Aii<sup>r</sup>

---

Jllufrifs. Principi  
AC DOMINO DOMINO E=  
RICO DVCI BRVNSVI=  
CENSI AC LVNEBVR=  
genfi Salutem plurimam di=  
cit,ac fefe commendat.  
Quia Confenfu omnium feculo=  
rum atq̄eruditorum & bono=  
rum Hominum Iudicio confirmari vi=  
deo de Terentio Poeta, Et quod fit la=  
tini fermonis oprimus artifex, Et quod  
propter fenile Itaq̄prudentiſſ. ac ſapi=  
entiſ. ſcriptum mire faciat, ad cognof=  
cendos humanorum ingeniorum me=  
diocres affectus, quos κθκ vocant, vo=  
lui & ego pro mea mediocritate effice=  
re, Vt a Scholarum profefforib. rudi  
adhuc iuuentuti ita proponi poſſit fa=  
pientiſ. Poeta, Vt non modo balbum  
pueri os, Sed & totam rationem vitæ  
informet atq̄gubernet, id quod ſpero  
commode fieri poſſe Si latina germa=  
nicis coniuncta fuerint.  
Dedi itaq̄operam, vt Germanica  
lingua, Legeretur, Nam ſenſi iam olim  
A ij ab adolef=

## Aii<sup>v</sup>

---

ab adoleſcencia (multis ii. annis in hoc Piſtrino elaborau) quanta difficultate a primæ ætatis Hominibus ad explica- tionem, germanæ ſententiæ vnus ali- cuius, latine lingue ſcriptoris; peruenia- tur, Hoc eſt, vt latina non inepte ver- tas germanice, Et facias ex bonis lati- nis bona Germanica.

Propterea Andriam nune inuulga- re Conſtitui, Idem facturus paulo poſt cum reliquis Terentij Comædijs. Pri- mum omnium vt prebem guſtum ali- quem Tetenciani poematis ſtudioſis: quantus ſit linguæ latinæ, Magiſter, S bonorum morum preclarus monſtra- tor.

Deinde vt facto periculo in hoc primo Terentij Scripto, intelligã quid nobis de reliquis eius Poetæ operibus ſperandum ſit, poſthac quæ de integro noſtro labore atquẽvigilantia illuſtrabi- mus. Spectanda an exigenda ſint prius.

Collegi pretera etiam ex varijs libris M. Tullii Ciceronis locos Triginta- Terentij, quibus docet M. Cicero.

Terentium

# Aiii<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

Terentium suum familiarem, esse artificem cum formandae & locupletandae, linguae, magno delectu & proprietate verborum, figuris orationis & puro dictionis genere, Tum etiam infortunandae & informandae vitae, ne scilicet faciamus hodie Cuius nos paenitere possit postmodum, Nimirum ut redderem adolescentibus non omnino stultis Terentij virtutes, eo commendatioribus cum viderint ab eloquentiae patre tantopere eas deprecari.

Est enim mutuatus Cicero saepe nunc artificiosae partitionis, Nunc perspicuae & verifimilis narrationis, nunc rerum expetendarum & fugiendarum Exempla, quae sicut continent sanctissima morum precepta, Ita non potuit eum in suos libros ea ipsa, ad verbum descripta transferre, adeo ut ipse dicat, Terentiano verbo libenter utimur, dignum ducens hunc Poetam, cuius testimonium illud tunc & confirmet sua. Placuit autem mihi optime & Cla-

A iii rissime

## Aiii<sup>v</sup>

---

riffime Princeps, maxime a te huius  
mei iuuenilis & in nonum annum aut  
amplius eo preffi laboris in hoc poema  
sumere incium, Et tuæ celsitudini  
quidquid hoc est consecrare, Principio  
quia audio, post Christi cognitionem,  
quam cum lacte matris inbibiffe diceris  
in Terentij studio eoufquoprogressum  
esse, vt nihil te fugiat, quod linguam &  
vitam (id quod in principe germano  
& in ea ætate multum est) erudire &  
meliorem reddere valeat, Habuisti enim  
iam diu Præceptorem te fignum An=  
thonium Coruinum vinum & in litte=  
ris Theologicis excellentem & vere  
magnum, Tum etiam in omni genere  
optimarum disciplinarũ cum laude  
verfatum, meum amicum.

Porro quia ex materno genere,  
Marchionum Brandenburgensiũ fami=  
liam attingis. cui, familiæ ego sum ad=  
dictus. Eo quod experior cottidie, Eam  
familiã Summo studio magnaquãanimi  
constantia, Religionem, Fidem, Iusti=  
ciam, inter homines colere.

Macte

# Aiiii<sup>r</sup>

---

Macte igiur virtutis esto Princeps Illuf-  
trifis. Et pergito hoc animo esse Et erga  
pietate quæ nunc, toto orbe terrarum  
labefactari videtur. Et erga Rempubli-  
cam, Cui inpendent magnæ quafacio=  
nes, vt & Ecclesia & respub. in tua vir-  
tute, erudicione atq̃prudencia confa=  
biliri& conquiescere possit,

Vigilia Natalis Christi.

Berlini M. D. xliiii.

Tuæ celsitudini

Addictifis.

Ioann. Agricolo

Isleben.

# Aiiii<sup>v</sup>

---

## PREFACIO

Quod Comedia fit Imago, Exem=  
plum pictura siue ſpeculū quod=  
dam, Confiliorum Humanorum. Et  
communis vitæ Bene beateq̄tranſi=  
gendæ. In hoc iuuenta atq̄propofita  
a ſapiētiffimis hominib. qui, Et in ocio  
& in negotio domi & foris, Summa  
prudencia reliquos excelluerūt Princi=  
pio vt ex propofitis Communiū mo=  
rum & euentuum humanorum para=  
digmatis Commonefacti rectius ludi=  
caremus, de negocijs hominum omni=  
b<sup>9</sup>, Deinde vt & puro & optimo gene=  
re oracionis linguã excoleremus, facun=  
diam locupletaremus. Et quod omni=  
um longe maximum eft, Vitam & mo=  
res iuuentutis ad virtutem formare?  
mus, melius omnibus commentarijs,  
Et quid dico Commentarijs, melius  
Cryſippo & Crantore, dicit, ipſe Terẽ=  
cius in Adelphis. ſub Demeæ perfona.  
Fit fedulo ( inquit Senex) nihil pre=  
cermitto, Confuefacio, deniq̄in ſpi=  
cere, tanq̄in ſpeculum vitas Hominū  
iubeo, atq̄ex alijs ſumere exemplū ſibi.

Hoc

Av<sup>r</sup>

---

PREFACIO

Hoc facito, Hoc fugito, Hoc laudi eft.

Hoc vicio datur.

Et eft vtiliffimũ Demeę preceptum  
in tota vita obferuandum, vt recte  
facta alioR, imitemur, minus vero recte  
facta Caueamus, Quia homines pru=  
dentes iudicauerunt eum fœlicem quẽ  
faciunt aliena pericula cautum, Hoc eft  
eum qui ex alijs fumat exemplum fibi.  
Vulgatum eft & illud germanorũ  
prouerbium, quo parentes vtuntur in  
erudiendis liberis, cũ res poftulare vi=  
detur, vt longe a parentib. dimittantur  
Liebes Kindt/ was eim andern  
wol anfteht/ des befleißige dich  
vnd was eim andern vbel anfteht  
darfur hũte du dich / Hanc vulgatã  
Patrũ viam recitat Clitipho iuuenili  
ardore infaniens, Nõ vt meus qui mi=  
hi per alium fuam oftendit fententiam,  
Nunc ait, Periculum ex alijs facito, tibi  
quod ex vfu fiet.

Fœlices aio eos exiftimatos effe, qui

A v in his

## Av<sup>v</sup>

---

### PREFACIO

in his rebus confequendis elaborandū  
effe cenfuerunt, Alioqui ftultus non nif=  
ictus fapit, Donatus, Honoratus Gram=  
maticus, grauis Terentij Interpres, ex=  
iftimat Homerum, Ocyffcam ad ima=  
ginem Comediæ fcripfiffe, qua vitam  
politicam publicoq̄ Hominum mores  
ita format, vt in omnem profus euentū  
præparet mortalium animo, vt nihil  
deeffe quent illis ad retinendam con=  
ftanciam in vita.

Et quia omnino fenciendum eft, id  
effe veriffimū quod omnes prudentes  
atq̄ fani homines confirmauerunt, ope=  
ræ præcium faciemus, fi expenderimus  
quanti fecerint. Terentium Poetam,  
Qui Ciceronis illo & eloquentiffimo &  
florentiffimo feculo vixerunt.

C. Cæfar fic fcriplit de Terentio,  
Tu quoq̄ Tu in fummis O dimidiate  
Menander, poneris & merito puri fer=  
monis amator, Hac n. virtute regnas  
Terentius. quod fit puri fermonis op=  
timus artifex.

M. Cice=

## PREFACIO

M. Cicero Rex oratorū, tribuit Huic  
Poetæ, cognitionem rerum maximam  
& verborū exquisitam fanitatem. Proin=  
de quomodo, os former & linguam,  
primum dicemus. De rerum cognicio=  
ne fiue Philofophia pofterius.

I Libro Septimo ad Articum, Sic  
ait Cicero. Venio ad Pireea in quo ma=  
gis reprehendendus fum, Quod Ho=  
mo Rhomanus Pireea fcripferim, non  
Pireeum Sic. n. omneis noftri locuti  
funt quam q, In, Addiderim, Non  
enim hoc vt oppido preposui. Sed vt  
loco. Et tamen Dionyfius nofter qui eft  
nobifcum & Nicias, Cous, nomen re=  
batur oppidi effe Pireea 'Sed de re vi=  
dero.

Noftrum quidem fi eft peccatum,  
in eo eft, quod non vt de oppido locu=  
tus fum, Sed vt de loco, fecutusquūfum  
non dico. Cælium, Mane vt ex por=  
tu in Pireeum ( malus n. Auctor latini=  
tatis eft) Sed Terentium cuius fabellæ  
propter elegantiam Sermonis pu=  
tabatur a G. Lælio fcribi, Heri aliquot  
adolef=

# Avi<sup>v</sup>

---

## PREFACIO

adoleſcentuli coimus in piræeum, Et  
idem Mercator hoc addebat, captam e  
Sunio, quod ſi oppida volumus eſſe,  
tam eſt oppidum Sunium, qđ Piræeus  
Vides a Cicerone Terentium ap=  
pellari optimum latinitaris auctorem  
& qui elegantiam Latini ſermonis ſū=  
ma cura cuſtodierit.

ii Pulcherrimus, locus extat ex εαν=  
ΤΟΝΤΙμωρονμεΝω lib. xii. ad Atticū  
de ſuo libro, Sed ad prima redeo Li=  
brum ſi me amas mitte, Tuus eſt n.  
profecto, quoniam quidem eſt miſſus  
ad te Chremes, Tantum ne ab re tua  
eſt ocij tibi, vt etiam oratorem legas  
iii Eſt & alius locus, ex Andria lib xiii  
ad Atticum, Illud in primis cū Publio  
me pene abſente conficies, de tuo, quæ  
fama ſit ſcribes, id populus curat ſci=  
licet, nō mercedem arbitror, Etenim hæc  
decantata erat fabula, Sed complere  
paginam volui.

Et quid

# Avii<sup>r</sup>

---

## PREFMCIIO

liii Et quid potest magnificentius die/  
quā Hoc quod est in Lelio, Terentiano  
verbo libenter vtimur id quod res ipsa  
clamat: Hæ enim formulæ sūt expro=  
fesso Terencianæ, Actum agis, in Lelio=  
vt est captus hominum lib. ii Tufcula.  
paratus, meditatufqūvenit pro Quinti=  
b, deferbuiffe adolescentiam Actum ne  
agas. lib. ix ad Atticum, Adolescentiæ,  
tupiditates deferbuiffe, pro Marco  
Cœlio Nos inter nos lib. x ad Atti.  
Nullus venit, Nullus moneas. lib. xii  
xv  
v Ab armifqūnullus difcederet. lib. xii.  
ad Atti. Quod Commodo tuo fiat  
lib. xv. Verba dare, Multa fiunt praua  
moribus, pro. A. Cecinna. Ius perfequi  
xvi ad Atti. Iniectus est hominibus  
fcrupulus pro A. Cluentio. Non liqet  
Emergit fe, De Arufpicum respon=  
fis. Acta agimus quæ vetantur veteri  
Prouerbio. In Lelio  
Aut Confolādo aut Confilio aut re  
iuuero lib. vii ep. f. Relictis reb. omni=  
bus

# Avii<sup>v</sup>

---

## PREFACIO

bus I. ii. Ep. F. Bono loco res sunt, Tum  
eae re & ex tempore confiliū capiemus  
lib. vi. ad Atti.

vi Lib. i. De Inventionem, Argumentū  
est ficta res, quæ tamen fieri potuit,  
Huiusmodi apud Terentium, Nam is  
postquam excessit ex ephebis Sofia, Illa  
aut narratio, quæ refertur in personis,  
Eiusmodi est, ut in ea simul cum rebus  
ipsis personarum sermones, & animi par=  
cipi possint. Hoc modo, Venit ad me  
sæpe, clamitans quid agis Micio? Cur  
perdis adolescentem nobis? Cur amat?  
Cur potat? Cur tu his reb. fūptus fug=  
geris? Vestitu nimio indulges, nimi=  
um ineptus es? Nimium ipsæ durus est  
præter æquū & bonū.

vii Et paulo post partitur. apud Te=  
rentiū, breuit & cōmode Senex in An=  
dria quæ cognoscere libertum velit. Eo  
pacto & nati vitam & confilium meū  
cognoscet, Et quid te in hac re facere  
velim, Itaquē. Quēadmodū in partitione  
propofuit ita narrat, primum nati vitā

Nam

# Aviii<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

Nam is postquam excessit ex ephebis  
Sofia liberius viuendi fuit potestas,  
Deinde suum consilium, Et nūc id ope=  
ram do, post hæc quid Sofiam velit fa=  
cere, Id quod postremum posuit in  
particione, Postremū dicit, nunc tuum  
est officium.

Quemadmodum igitur hic ad pri=  
mam quanquāpartem primū accessit.

& omnib. absolutis finem dicendi fecit.

Sic nobis placet & ad singulas partes  
accedere & omnib. absolutis perorare.

viii Optime narrationis, Exemplū  
propofuit Cice. ex Andria Terētij. ii de  
Orat. Narrare vero breuiter. quod bre=  
uiter iubent si breuitas appellanda est,  
cū nullū verbū redundet, videlicet illa.

Nam is postquā excessit ex ephebis  
QS longa est narratio? mores, adole=  
centis ipfius, & feruilis percontatio.

Mors Chryfidis, vult<sup>9</sup>. forma & lamē=  
tatio Sororis, Rel qua peruariæ lucū=  
dequā narratur, Quod si hāc breuitatem

que

# Aviii<sup>v</sup>

---

## PREFACIO

queiffet, Effertur, imus, ad sepulcrum  
venimus, in ignem polita est, in his fere  
decem versiculis, totum conficere po=  
euiisset, Quamquā hoc ipsum. Effertur  
imus, concisum est, ita ut non brevi=  
tati seruitum sit, Sed magis venustati.  
Quod si nihil fuisset, nisi in igne po=  
lita est, Tamen res tota facile cognosci  
potuisset, Sed & festiuitatem habet  
narratio, distincta personis & inter=  
puncta sermonibus, Et est probabi=  
lius quod gestum esse dicas, cum quem=  
admodum actum sit exponas. Et mul=  
to apertius ad intelligendum est, si sic  
conficitur aliquando. ac non ista bre=  
uitate percurritur.

ix Item ex Andria ducit exemplum  
Comparisonis, ex minore, sic. Hic  
paruæ consuetudinis causa huius mor=  
tem fert tam familiariter. Quid si ipse  
amasset, Quid mihi hic faciet patri?  
x Pro Aulo Cecinna. Sextus Clodi=  
us, cui nomen est Phormio, nec minus  
niger

# Bi<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

niger, nec minus confidens, q ille Te= rencianus est, Phormio, nihil de vi? Hæc sunt Grammatica, Dialectica, & Rethorica, Sermonis & dicendi regulæ, Nunc Obferuabim<sup>9</sup> etiam morū preclara dogmata.

xi In oratione pro, Cælio, Ita= tuit multum perfidii esse reo in iudice commode factum fuum interpretante, Leni vero & clementi patri, cuiusmodi est ille, fores effregit, Reftituētur, difci= dit vestem, refarcietur, Cælii causa est expeditiois. Quid enim esset in quo se facile non defenderet,

xii philip ii Docet verum esse q pro= uerbio dicitur, Bonos bonis delectari & pares cum parib. facill. congregari. Hodie non descendit, Anthonius. Cur? dat Natalicia in hortis, cui? neminē no= minabo, putat ore eum Phormioni ali= cui, Gnatoni, Tum Ballioni.

xiii Lib. i. de Legibus, Poetam vocat

B Teren=

## Bi<sup>v</sup>

---

### PREFACIO

Terentium, Natura iustos nos fecit, Sed corruptela malæ consuetudinis extiguit it igniculos a natura datos. Quod si quomodo est natura, Sic Iudicio homines, Humani (vt ait Poeta) nihil a fe alienum putarent, coleretur ius æque ab omnibus, Alludens ad Micionis senis dictum in εαντων μωρονμενω. xiiii Primo lib. officii. ait, Est difficilis cura rerum alienarum, Qzq̄ Terencianus ille Chremes humani nihil a fe alienum puter. Definiens scilicet, nos magis sentire atq̄ percipere, quæ nobis ipfis, aut profuera, aut aduerfa eueniūt, quam illa quæ ceteris, quæ quasi longis interuallo interiecto videm<sup>9</sup>, Atq̄ inde esse, quod aliter de illis atq̄ de nobis iudicemus iuxta illud facile cū valemus recta consilia ægrotis damus, Tu si hies aliter sentias in eins andern hautdift zuchneiden wie in ein filtzhut. xv Eodē loco De forme est etiã de fe ipso predicare falsa præfertim. Et cū irratione audienciū imitari militē gloriofū.

Sordidi

# Bii<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

xvi Sordidi putandi sunt, qui mercantur a mercatoribus. quod statim vendant, nihil enim proficiunt nisi admodum menciuntur, nec vero est quidquam turpius vanitate operis quomnis in fordidae arte versantur, Nec vero quidquam ingenium potest, habere officina. Minimeque artes hae probandae quae ministratae sunt voluptatum, Coetarij, Lanij, coqui, factores & Piscatores, ut ait Terentius.

xvii In Catone maiore, transfert hoc quod fenes morosi, & anxij & iracundi & difficiles si querimus etiam Auari in mores & morum vicia non senectutis, Id quod in vita tum in scena intelligi potest, ex ijs fratribus. qui in Adelphis sunt (loquitur autem quasi Adelphorum Comaedia una cum nomine auctoris sit nota omnibus. pueris senibusque) quanta in altero duritas, quanta in altero comitas.

xxviii In lib. de amicitia siue, Lelio vocat Terentium suum familiarē & colligit  
B ij ex eo amico R mores

## Bii<sup>v</sup>

---

### PREFMCIIO

mores quos oporteat, vt confet ho=  
nefti ratio, Sed neftio quomodo verum  
eft, quod in Andria familiaris meus  
Terentius dixit, obfequium amicos ve=  
ritas odium parit. Molefta veritas eft.  
Si quidem ex ea nalcitur odium, quod  
eft venenum amicitiae, Sed obfequium  
multo moleftius, quod peccatis indul=  
gens Precipitem amicum ferri finit,  
Cum tamen Terentius, Hoc loquatur  
per feruum Sofiam, & addit, Hoc tem=  
pore, fati fignificans fe non definitiue  
hoc dicere, Sed vt reprehendat mores  
iftius feculi, Es geht jtzt in der welt  
geht jtzt in der wel=  
alfo zu/

xix In obfequio autem, ( quoniam  
Terentiano verbo libenter vtimur) Co=  
mitas adfit, adlentatio, vicioR adiutrix,  
procul amoueat, quæ non modo a=  
mico, fed ne libero quidem digna eft,  
Aliter n cum Tyranno aliter cū amico  
viuitur, Cuius autē aures, claufe veri=  
tati funt. vt ab amico verum audire ne=  
queat, Huius falus defperanda eft.

Simula

# Biii<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

xx Simulacio omniū rerum viciofa  
(Tolūt n. Iudicium veri idquā adulterat)  
maxime repugnat amiciciæ. Quid n.  
Potest esse tam flexibile, tam deuium,  
quā anim<sup>9</sup> eius, qui ad alterius nō modo  
sensum ac voluntatem. Sed etiam vul=  
tum atquē nutum conuertitur. Negat  
quis? nego? ait, aio, Postremo impera=  
ui egomet mihi oīa absentari. vt ait Te=  
rentitus. Sed ille sub Gnatonis persona,  
quod amici genus adhibere. omnino  
leuitatis est. Multi autē Gnatonum simi=  
les. cum sint loco, fortuna, fama supe=  
riores, horum est absentatio molesta.  
Cum ad vanitatem accessit auctoritas.  
xxi Nulla est igitur hæc amicicia cū  
alter verū audire nō vult, alter ad men=  
ciendum paratus est, Nec parafitoR  
in Comedijs absentatio nobis faceta vi=  
deretur, nisi essent milites gloriosi,  
Magnas vero agere gracias Thais mi=  
hi? fatis erat respondere magnas, in  
gentes inquit. Semper auget absentatio  
id quod is cuius ad voluntatē dicitur.  
vult esse magnum.

B iij Lib.

## Biii<sup>v</sup>

---

### PREFACIO

xx Lib. iii de finib. bonorū & maloR  
citat Cice. fentenciani Terentij ex fene  
feipfum cruciante, qua vt apparet pro=  
pter venustatem mirifice eft delectatus,  
Confirmans, Et in animis hominū &  
in bestij ipfis vim nature infici posse  
quātum in fœtu & educacione laborem  
feramus nos, ferant illæ. Hoc cum cer=  
minus, Naturæ ipfius vocē audire vi=  
demur, verba eius sūr. Quare perficu=  
cum est natura nos a dolore abhorrere,  
Sic apparet a natura ipfa vt eos quos  
genuerimus amemus impelli, Ex hoc  
nascitur, vt etiam cōmunis hominum  
inter homines naturalis fit cōmendacio  
vt oporteat hominē ab homine ob  
idipsum q̄ homo sic non alienum vi=  
deri.

xxiii In iii. Tufculanarū, exponit vo=  
cabula fortitudinis & confidenciæ, qua  
voce vtitur Terentius, vt dictum est,  
enotans vim fortitudinis, Qui fortis est  
inquit, Idem est fidens, Quoniam con=  
fidens mala consuetudine loquendi, in  
vicio

# Biiii<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

vicio ponitur, ductū verbum a confi=  
dendo, quod laudis est, Qui aut est fidēs  
is profecto non extimefcit, discrepat n  
a timendo confidere.

xxiiii Eodem Lib. confirmat Teren=  
tium ex Philofophia fumpfiffe, cū tam  
cōmode dixerit in Phormione, vt nihil  
fit Homini in vita aut improuifum, aut  
non cogitatum, Debent enim effe om=  
nia homini humana cogitata, Et nimir  
inquit. Hæc est illa preftans, & diuina  
fapientia. Et perceptas penitus & præ=  
tractatas humanas res habere. Nihil  
admirari cū acciderit. nihil anteq̄ueue=  
nerit non euenire poffe arbitrari. Quã=  
obrem, oēs cum fecundæ res funt. tum  
maxime meditari fecum oportet, quo  
pacto aduerfam ærumnam ferant, peri=  
cula, Damna, exilia, peregre rediens  
femper, fecū cogiter ,aut Filij peccatum  
aut vxoris mortem ,aut morbū filiaē,  
cōmunia effe hæc nequid horum vnq̄  
accidat animo nouū, quidqd præter

B iiiii spem

## Biiii<sup>v</sup>

---

### PREFACIO

Ipem eueniat, omne id deputare esse in  
lucro,  
xxv Quid ille Terentianus, Ipse se pu=  
niens εαντοντιμωρονμενοσ, de=  
crei tantisper, me min<sup>9</sup> iniuriæ, Chre=  
mes meo Gnato facere, dum fiam miser.  
Hic decreuit ve miser sit, nūcquis igitur  
quidquid decreuit, inuitus? Malo quidem  
me quouis dignum deputem. Malo se  
dignum depurat. nisi miser sit, Vides er=  
go opinionis esse, non naturæ malum.  
xxvi. Tufculanarum iiii. Itatuit Cicero  
ex Eunucho, inter reliqua remedia a=  
moris reponendum esse & hoc. vt ama=  
tor maxime admoneatur, quantus sit  
furor amoris, Ait n. Sed vt hæc omit=  
tamus, perturbatio ipsa mentis in amo=  
re fæda per se est, Nam vt illa prætereã,  
quæ sunt furoris, Hæc ipsa per sese quã=  
tam habent leuitatem, quæ videtur esse  
mediocria, Iniuriæ, suspiciones. inimi=  
citæ, bellum, pax rursum, Incerta hæc  
si tu potules ratione certa facere, nihilo  
plus agas quã si des operam, vt cū ra=  
tione

# Bv<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

tione infanias, Hæc inconstantia, mu=  
rabilia q̄mentis, quē nō ipsa prauitate  
deterreat?

xxvii Lib iii. De natura DeoR, dispu=  
tat Cicero, Num dij nocere studeant  
hominib<sup>9</sup>? Et an sint autores malorum.  
Et an aliquid vel laudandū, vel contra  
fufcipi & perfici possit, Sine animi mo=  
tu & cogitatione? Hoc est, sine ratione,  
Siquidem omnis opinio est, Racio.

Et quidem bona ratio, si vera, Mala  
aūt, si falsa est opinio Præterea tantum  
a Deo, Habemus rationem, Bonam au=  
tem rationem aut non bonā a nobis,  
Liberat igitur Deum quod non sit auc=  
tor mali & confirmat vicijis impediri &  
obruī rationem, Exemplo sunt Medea  
& Atreus. Heroicæ personæ. Inita sub  
ductaq̄ratione nefaria scelera meditan=  
tes, Quid leuitates Comicæ. Parum ne  
semper in ratione versantur? parum ne  
subtiliter disputat ille in Enucho?  
Quid igitur faciam? Excludit, reuocat,  
redeam? non si me obsecret.

B v Doli

## Bv<sup>v</sup>

---

### PREFACIO

xxviii Doli machinæ, Fallaciæ, Pre=ftigiæ, non poffunt effe fine ratione, O præclarum munun Deorum? vt Phormio poffit dicere Cedo fenem, tam in fructa funt mihi in corde confilia oĩa Mirum eft n. hominem ad bonum natũ poffe, improbitati & fcleri, vt malis artib. delectetur.

xxix Lib. i. Ep. Fa. Dixi me facere quiddã, quod in Eunucho paraftus fuaderet militi, Vbi nominabit Phedriam, Tu Pamphilã continuo. Si quãdo illa dicet, Phedriã intromittam<sup>9</sup> comeffatum, Tu, Pamphilã cantatũ prouocemus. Si laudabit hæc illius formã. Tu huius contra. DeniquẽParPari referto, quẽeam mordeat. Sic petiui a iudicibus cẽxxx Ep. F. lib. xii exponit fentẽciam αλλοσ βιοσ αλλη Διατα, Accipio excufacionem tuam de Sempronio. Nequẽn. ftatuti quid in ipfa perturbacione habere potuifti. Nunc hic dies aliam vitã adfert, alios mores poftulat vt ait Terentius.

Hinc apparet dignum effe Terenciũ  
qui

# Bvi<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

qui ad verbum edificatur. liquidē faciū=  
diam alit, Et suppeditat, recte viuendi  
copiose confilia, quod ei. Mar. Ci=  
cero aperte tribuere videtur quemad=  
modum monstrauius.

Discant igitur mirari studioſi ado=  
lescentes, Poetæ eloquenciam in iuuenū  
querelis, in senum deliberationibus &  
prudentib. confilijs. Discant affectus,  
quo percelluntur animi hominū fere  
vsq̄ ad desperationem, vt eas ratione  
gubernent, Ab his preterea exemplis  
cum verba tum Phrases latini sermonis  
& dicendi rationem petant. fencient n.  
ſe feciſſe opere precium. cuius eos nūq̄  
pænitere poſſit.

## DE PARTIBVS COMOE=

diarum.

Partes Comediarū ſunt προτασις  
Επιτασις καταδροφκ. Hæc aūt fabu=  
la quæ a loco Andria appellata eſt, quẽ=  
admodū ipſe ait, vereor ne quid Andri=  
a apportet mali, Item, ab Andtia ē an=  
cilla hæc Item ex Andro cōmigravit  
huic viciniæ habet eiufmodi προτα=  
σις Hoc eſt argumenti/explicatioinem.

Quia

# Bvi<sup>v</sup>

---

## PREFACIO

Quia certo deprehenderit, Pater & seipsum erasse, & Filium, vere amare Glycerium, in ita consilio, quo Pamphilum a Glycerio abstrahat, Simulat prouidenter futuras nuptias, Comunicat suum consilium, cum seruo, cupit denique Vt Filius sit in sua potestate. Contra senem machinatur dolum Dauus. Postquam enim senescit, a senem nuptias Simulari, Auctor est Filio Herili ne recuset nuptias, scilicet ve reddat omnia quae nunc sunt certa senis consilia, incerta ut fient, sine omni periculo, Itaque persuadet Hoc Pamphilo.

Deinde est *επιτασια* gliscens turba & motus turbulentus rerum omnium, Et ut Donatus ait, Tocius motus erroris, Luditur enim de Pamphilii corio Nam rumor sparsus de Pamphili nuptijs mirum in modum excruciat Glycerium & reliquas mulierculas, Et quia Pamphilus, Dauus Auctoritate coniectus est in nuptiarum periculum, sicut ipse vocat, Eo quod pollicitus erat, se in Patris potestate futurum esse, misere angitur maxime,

# Bvii<sup>r</sup>

---

## PREFACIO

me poſtquā animaduertit, Ambos ſenes.  
Patrem & Socerum, rem ſeriam agere  
& nuptias quantū queant maturare.  
Hic Pamphilus accuſat Patrē, Ser=  
uum. Dauum, Seipſum deniq̄, Quo=  
niam ſeruo futuri ſuam ſalutem commi=  
ſerit, poſtremo quia cupit Pamphilus  
fidē datam Glycerio ſeruare integram,  
Nequidquā facere quo Patrē offendat  
vere lupum, quod aiunt, auribus tenet,  
neque enim poteſt, ſeſe ex his turbis  
emergere, Eciamſi a nuptijs Chremerē  
dauus dererreat, Filiolo ex Glycerio re=  
cens niſi ante aedes eius collocato.  
Cataſtrophe perperuo eſſe debet quā  
ſonat, nempe conuerſio omniū rerū ge=  
ſtarum ad iucundos exitus in qua ut  
Cicero ait Poetæ boni & actores induſ=  
trij ſolent eſſe diligētis & ornatifs. Pro=  
inde liberatur Pamphilus ex tot tantiquā  
difficultatibus caſu quodam, quoniam  
caſus & fortuna plus ratione dominan=  
tur, ſuperuenit forte fortuna Crito  
quidā Chryſidis demortuæ cognatus. Is  
poteſt

# Bvii<sup>v</sup>

---

## PREFACIO

poftqû; docet Glycerium Chremetis Fi-  
liam effe ,olim Pafsibulam appellatam,  
nihil eft reliquum nifi vt rebus omnibus  
advoluntatem fuam fluentib. Adama=  
tam retineat Glycerium Pamphilus.  
Ad fummã, Sequutus fum Lectionẽ  
a Riuiò Atthendorienfi repurgatam  
magnis ac multis (vt eft cernere) labo=  
rib. atqûvigilijs, Nec recefsi. quantum  
quidem fieri potuit a Donati grauiſ.  
interpretis atqûGrammatici auctorida=  
te, Reliqua quæ accefferunt iudicabit  
Lector ftudiofus eloquenciæ &  
artium dicendi minime impe=  
ritus.

## Cii<sup>r</sup>

---

C. SVLPITII APOL-  
LINARIS PERIOCHA  
in Terentij Andriam.  
Sororem falfo creditam meretriculæ,  
Genere Andriæ, Glyceriũ viciat Pam-  
philus.  
Grauidaquũfacta, dat fidem vxorem fibi  
Fore hanc. nam aliam Pater ei despon-  
detat,  
Gnatam Chremetis. atquũvt amorem  
comperit,  
Simulat futuras nuptias, cupiens fuus  
Quid haberet animi filius, cognoscere.  
Dauí fuafu nõ repugnat Pamphilus.  
Sed ex Glycerio natũ vt vidit puerulũ  
Chremes recufat nuptias, generum ab-  
dicat.  
Mox filiam Glycerifi inſperato agnitã  
Dat Pamphilo hanc, aliã Charino con-  
iugem.

c ij C. Sul.

## Cii<sup>v</sup>

---

ANDRIA  
C. SVULPIy APPOLLI=  
narius  
PERIOCHA  
IS SVULPICVSNBILIS  
Grammaticus fuit. vixitq̄fub Adria=  
no Principe.  
Periocha. complexio Argumen=  
tum. περι et εχω  
Pamphilus  
Viciat. Schwecht.  
Gliterium  
Creditam die gehalten ward  
Sororem für ein leiblich  
Schwefter  
Falfo. Es war aber nichts  
Genere Andriæ Meretriculæ Einer  
frombden Frawen aus Andro/  
Dicemus autē paulo poft peregri=  
nas mulieres, Die weiber die zum ab=  
las lauffen.

Effe

## Ciii<sup>r</sup>

---

### TEENRTII.

Effe infames. Grauidaqufacta. vnd  
do fie ſchwanger wird  
Dat fidem gelobet er ir  
Hanc fibi fore Vxorem die ehe Er  
wolle fie ehelichen  
Nam Pater deſponderat ei. Denn  
der Vater wolt jm freyhen  
Aliam Gnatam Chremetis. feins  
nachbaren Tochter  
Atquvt amorem Comperit, Do  
er aber erfur.  
Amorem, Filij fui erga Glycerium  
Das fein Son an der Glycerium  
den narn gefreffen hatte.  
Simulat. Do ftelt er ſich  
Futuras nuptias. Als gehe die hey  
rat mit des Chremetis tochter fur  
ſich  
Cupiens cognoſcere. Wolt alfo  
erfahren /  
Quid animi haberet fuus Filius  
Was Pamphilus gefint were/ wu  
C ij   fyen hertze

## Ciii<sup>v</sup>

---

### ANDRIA

hertze hinftunde Was er im Schil=  
de fûrete

Pamphilus non repugnat lege sich  
nicht wider den Vater

Suafu aus egebung Dauj

Sed vt Chremes vidit. Do aber

Chremes gewar wird

Puerulum natum ex Gycerio. Das

ein kindlein draus wûrden ift

Recufat nuptias. So kundiget er

die freyhte auff.

Abdicat Generum Vnd wil den

Eyden wider hõren noch fehen.

Mox. Aber kurtz hernach.

Dat Gibt er

Pamphilo Coniugem Zur ehe

Hanc Glycerium. Die Glycerien

Agnitam Filiam Do er fie erkan=  
te das fie feyne Tochter war

Inſperato Des er sich nimmer=  
mehr verfehen hette

Aliam

# Ciiii<sup>r</sup>

---

TERENTII.

Aliam Aber die ander Toch=

ter

Dat Coningem Gibt er zur ehe

Carino

prologus

## q5<sup>v</sup>

---

### Errata.

a. dorfum. f. faciem

folij significat.

A 2 in dorfo c. 12 Lege vt prebeam.

C 2 in d. c. 2 Appollinaris

C. 2. in d. c. 4 Nobilis

C.2. in d. c. 8 Απερι & εχω

C 2. in d.c. 16 Meretriculae/ Einer

frombdě frawen. Genere Andriae

Aus Andro.

C2. in d. c. 18 Peregrinas muliers

effe infames

C. 5. c. 6. in d. Prologi

C. 6. in d. c. 5. Animos

C. 7 in facie. c. j id

C. 7. in d.c. j. Vide Operam prolo=

gi effe

C. 8. in d. c. 21. Contaminare

D. in. f.c. 17 Caufa

D. in d. c. j. Accufant

D. in d. c. 8. jracundos

D. 4. in d. c. 18 Tenco

D. 8. in f. c. 8 Non poteft

D.S.

## q6<sup>r</sup>

---

- D. 8. in f. c. 21 Jch hab fonft
  - E. in d. c. 19. Deinthalben vnd  
meins fons halben
  - E. 5. cijz in. f. Parce
  - E. 7. in. f.c. 9 Prudentia
  - E. 8. in d. c. 8. Qui dat fe
  - F. 4. .cj. Texendo
  - F. 7. in f. c. j. cecutire
  - G. 4. c. vlt in. f. quam apud fe con=  
ceperat
  - G. 5. in d. c. jj. Quid agis
  - G. 7. in d. c. 20. Nihil peccau
  - G. 8. in f. c. 3. graminea corona
  - H.2. in f.c. 23 Falfae
  - H. 4. in f.c. 15. recte feceris
  - H. 5. in d.c. 13. Jfthuc. Nunc
  - J. 6. in f. c. 3. Senarij
  - O. 4. in d. c. 2. fe beneficium de=  
diffe
  - O. 5. in d. c. 3. Sat habeo
  - O. 7. in f. c. 5. Jnterea
  - O.3. in f. c. 17. heimwarts
  - P. 3. in. d.c. 5. de quacunque re
  - O.8. in d.c. 14. Verifimilem
- R2.

## q6<sup>v</sup>

---

- R.2. in d. c. 3 dele ich.
- T. 6. in f. c. 21. Sie schreiet zu
- T. 7. in d. c. 12 E Pamphilo
- V. 1. in d. c. vlt. fusciparem
- V. 3. in f. c. 12 Intellexeras
- V. 4. in f. 11. Cum mandato
- V. 4. in f. c. 16 daret id negocij
- V. 5. in f. c. 11 Eft/ ift zuvil
- X. 3 in f. c. vlt. A Glycerio auelli
- X. 3. in d.c peñl. Eft/ das macht
- X. 4. in d. c. 7. quae nocere
- X. 5. in d. c. 12. Böfen leben
- Y. 6. in f. c. 9. wil jn fagen
- 3. 6. in d.c. 17. tam magnifice
- 3. 7. in f. c. 3. celeritatis
- b. 7. in d. c. 5. mich bey der nafen
- m. 4. in f. c. Quali poffit/
- o. j. in d. c. 7. Argumenta
- o. 2. in d. c. jj. 12. fratrem
- o. 3. in f. c. 5. Et fi quid
- o. 3. in d.c. ij. Sein eigen
- o. 4. in d. c. 6. Atticus quidam
- o. 4. in d. c. 9. recto
- o. 6. in d. c. 1. Tam falli
- o. 8. in f.c. 16. futurarum.